

nistranda justitia, quam aliis rebus plus favere suæ religioni addictis, quam Catholicis, quos opprimere studeret: diversas ecclesias & beneficia pontificia in suos furripuisse usus, & quæ sunt talia. *B.* In quam partem his ita denunciatis trahebatur Imperator? *C.* Eheu! interrogas? *B.* Haud immerito. Sed ista, si arripet, relinquemus aliis sodalibus instituti nostri. *C.* Placet.

### Colloquium XXIV<sup>tum</sup>.

---

*De initio Reformationis, & quidem in Ecclesiasticis.*

DEMETRIUS et EUSEBIUS.

*D.* **C**ommovitne Episcopus Imperatorem postulatis suis annuere?

*E.* Facili negotio. Imperator enim, promulgato jam antea edicto restitutionis sic dicto, ad nutum Episcopi decernebat hoc reformationis negotium quam-

C

primum